



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Pensio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

cenfetur autem tale, quod ei donatur nulla facta patris mentione. \* *Nau. l. c. cap. 144.*

3 Aduentitium, quod ei aduenit eius industria, vel donatione, vel fucceffione, vel fortuna; in quo proprietas eft filij, at vfusfructus patris, quamdiu viuit. Quod fi filius emancipetur, eius eft dimidium: itemque fi pater fiat Religiofus, fecundum quofdam: nam alij totum tunc filio tribuunt, alij totum patri.

\* *Nau. l. c. num. 143.*

At vfusfructus; *Syl. l. c. num. 3.*

4 Acquisitū ex reb. patris propria industria, partim eft profectitium, partim aduentitium; itaque dimidium eft filij. Quod fi clam patre acquifitum eft, aut ex pecunia à patre mutuo accepta, totum quidam dicunt effe filij.

\* *Vide Nau. l. c. num. 141.*

5 Confiscatis bonis patris, non confiscatur aduentitium filij: confiscato autem aduentitio, non perdit pater in eo vfumfructum.

\* *Vide Syl. l. c. num. 3.*

6 Si pater alienauit aduentitium filij, is, fi eft hæres, non potest, fecundū quofdā, reuocare magis quam pater: fubit enim perfonā eius.

*Pecunia, vide Moneta.*

*Pensio, vide Beneficium, Clericus, Hora Canonica.*

1 **R**edemptio pensionis non fit sine Papæ auctoritate.

\* *De*

\* De pensione, quædam *Tol. l. 5. c. 82. Sot. l. 9. q. 7. art. 2. Hierarc. Gigas de pensio, Lælius Zecus de beneficijs, & pensionibus.*

\* *Nau. c. 23. num. 111. Vide Io. B. Corr. q. 34.*

2 Cui data est pensio cum obligatione dandæ alteri, non potest ab hoc eam obligationem pretio redimere. Est enim pensio ius quoddam exigendi certam partem fructuum beneficij, & est res annexa spirituali sicut beneficium, vide hac de re *Maior. in 4. d. 25. q. 5. Sot. lib. 9. q. 7. art. 2. Nau. c. 23. numer. 111. & lib. 3. conf. 52. de præben.*

3 Solus Papa pensionem dat laico.

\* *Nau. c. 25. num. 119. etiam Clerico Salon 2. 2. q. 63. art. 2. concl. 1. contr. 6.*

4 Pensio ipso iure perditur per matrimonium, idque etiam aliàs nullum, secundum quosdam.

\* *Nau. de orat. & hor. can. c. 21. numer. 23. & de redit. q. 1. mon. 32. num. 2. Vide Zech. de pensio. l. 11. num. 9. & Flam. Paris. lib. 6. de resign. benef. q. 2. num. 121. & q. 54.*

5 Potest Episcopus imponere pensionem ad coæquandos fructus beneficiorum permutatorum, quæ duret ad tempus tenentis beneficium cui imponitur: item super beneficio à se collato, ad vitam solum beneficiati: imò etiã secundum quosdam ad vitam pensionarij, & secundum *Th. 2. 2. q. 100. ar. 4.* ante collationem beneficij potest subtrahere de fructibus eius  
ad

ad pios vsus. Potest & Iudex ad dirimendam litem, pensionem constituere. Quæ mihi vt vera videntur, ita parum esse in vsu.

6. Pensio non est propriè beneficium, non tamen datur irregulari sine dispensatione.

\* *Nau. c. 23. num. III.*

7. Excommunicatio lata in non soluentem pensionem tempore præfixo, non ligat secundum stylum Curia, vsque dum pensionarius declarat ligasse.

\* Si consensus per procuratorem præstitus sit, sed si ipse per se consensisset ligaret ante literarum intimationem. *Nau. c. 27. nu. 274. Vide Zech. l. c. num. 8.*

8. Pensio non soluta potest ex stylo Curia peti à successore de fructibus, quos percepit.

\* *Nau. consi. 49. de præb. num. 2.*

Pensio, & beneficia in materia spoliatorum & in onere distribuendi rēditus æquiparantur. *Nau. de spol. cler. §. 2. nu. 8.*

*Pignus, vide Contractus.*

1. Pignus non licet vti contra voluntatē Domini.

\* De pignore *Garzias c. 40. Lopez lib. 2. de contract. c. 18. Nau. c. 17. nu. 204. Mol. à d. 528. Lopez de contract. à. c. 18. lib. 2.*

\* *Syl. Pignus 7. Nau. c. 17. num. 204.*

2. Non datur res sacra in pignus, nisi in necessitate. \* *Nau. c. 17. nu. 205.*

3. Recepto